125

(1)

DEPOZIT ARHIVELOR STATULUI CLUJ

Christophorus Bathory de Somlyo Vaivoda Transsyluaniae et Siculorum Comes etc. Universis et
Singulis Honorabilibus Egregijs Nobilibus et Ignobilibus, Bonae tamen ac honestae famae et conditionis
viris quibuscunque super hominibus, tam Ecclesiasticis quam Secularibus ubilibet in Comitatu Albensi Transsyluaniae
existentibus commorantibus, praesentes visuris, Salutem et favorem. Expositum est Nobis in persona Reverendi
Andreae Sandor Thordensis Superintendentis Ecclesiarum hungaricarum in Transsyluania, Quod ipse necessario
vellet, ut nonnulli Pastores et Concionatores eius, vel aliae quaelibet personae Ecclesiasticae et Seculares,
Nobiles et Ignobiles quocunque officio fungentes, contra praecipuos fidei Christianae articulos aliquid
blasphemiae docuerint senserint vel locuti sunt, Item si quid contra Sacramenta a filio Dei instituta
blasphemati sunt vel eorum aliquid abrogaverunt, item an aliquid contra filium Dei et Spiritum
Sanctum blasphemiae dixerunt vel meritum filij Dei obscurare conati sunt aut aliqua sacra ipsamque
religionem orthodoxam prophanarunt, Item si qui eorum in Baptisandis infantibus vel copulandis coniugibus
praeter officij sui [illegible], quicquam tale contra Institutionem Ecclesiae commiserunt, de alijsque quoque delictis
coram [illegible] declarare, ac [illegible] quandam fassionem et attestationem celebrare facere vellet. Verum
formidant ne eo ipso exponentem vos sese a dicenda fatendaque in praemissis veritate quoquo modo abstrahere
vel aliquis vestrum se abstrahere communem iustitiam sibi in hac parte abnegari, Quae cum nemini debeat
abnegari. Ideo committimus Vobis et Mandamus harum serie firmiter, ut dum et quando cum praesentibus
requisiti fueritis vel quilibet vestrum requisitus fuerit, Statim vos personae Ecclesiasticae in praesentiam
Venerabilis Urbani Cottanj Pastoris ac Senioris Enyediensis, Vos vero Ignobiles in praesentiam Vicecomitis
. et Thordensis — Iudlium dicti Comitatus Albensis item Provisorum et quorumlibet locorum praefectorum et officialium,
Vos vero Ignobiles in praesentiam Iudicum vestrorum ordinariorum, tanquam etiam in praesentia hominum Nostrorum
[illegible] sub poena singularum [illegible] Marcharum gravis ponderis personaliter accedere, Ibique
vos Ecclesiastici ad puritatem conscientiae vestrae, Vos autem Nobiles et ignobiles ad fidem vestram deo
debitam, qualiscunque vobis super praemissis coram [illegible] declarare, constiterit rectitudo veritatis sine ulla
[illegible] fateri et attestari modis omnibus debeatis et teneamini, Super quaquidem fassione et attestatione
vestra tandem per praescriptos homines nostros fide eorum mediante conscribi sub sigillis eorum
annotato exponenti dari Volumus et Mandamus communi iustitia et aequitate suadente. Secus igitur
non facturi praesentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Albae Iuliae die nona decima Mensis
Septembris, Anno domini Millesimo quingentesimo Septuagesimo octavo.

[illegible]

48

1578.